



# Disputatio juridica de injuriis

<https://hdl.handle.net/1874/340909>

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
INJURIIS,

QUAM

Favente Deo Opt. Max.

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi Consulissimique Viri,

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,  
J. U. D. nec non ejusdem Facultatis in Illustr. Traject.  
Academia Profess. Pandect.

Publico subjicit examini,

GEORGII TIMMERMANN, Amstel.-Batav.

Ad diem 30. Iunij, hora locoque solitis.



Trajecti ad Rhenum

Ex Officinâ IOHANNIS van NOORTDJK.  
In Academiâ Typog. A°. 1649.



*Clarissimo Consultissimoque Viro,*

D·PAULO VOET  
I.V.D.L.A.M. Meta-  
physices ac Logices in  
inclyta Vltrajectensi  
Academia Professori  
Ordinario .

*Hanc disputationem Iuridicam*

L. M. Q.

Offert

GEORGIVS TIMMERMAN Resp.

canonici de Rebus  
Matae Goet, iuxta EMINENTISSIMOS  
doctos et doctissimos

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
INJURIIS.  
THESIS I.

**I**njuriae vox variis modis sumitur, sed in hoc tit. significat contumeliam, quae vel revel verbis contingat, omnisque injuria aut in corpus infertur, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet, & vel per se metipsum alicui sit injuria, aut per alias personas. *l. 1. D. b. t. l. 5. §. 1. D. ad l. Aquil.* Male ergo DD, adjiciunt tertium modum, qui fieret literis aut scriptura, quartum, qui fieret per gestum obscenum aut infamem, quintum, qui fieret per picturam.

II.

Sed ne ex falso præsupposito disputare videamus, primum quærere lubet, num homini Christiano actione injuriarum agere liceat? Nos affirmativam sententiam sine scrupulotubimur, quia actio injuriarum minime (maxime hodie) nemam vindictam continet, sed potius tutamen integritatis, innocentiae atque existimationis. *arg. l. 18. b. t. Adde Rom. 13. 1 Pet. 4. 15. 1 Corinb. 6. 1. 6. 7. 9.*

III.

Inter personas, quae injuriam fecisse intelligentur, compatri debet & ille, qui verum crimen objectit. Ratio est, quia injuria ex affectu injuriantis consistit. *l. 2. §. 1. D. b. t.* nisi tale objectum sit crimen, quod ut puniatur, Reipub. interest. *l. eum qui 18. pr. D. evd.* Hoc namque casu injuria quidem

commisſa eſt, ſed actio tamen remittitur, quod bono publico expediāt, delicta puniri. d. l. 18. & l. 51. §. 1. ad l. Aquil. Diff. vide apud Fachin. 9. c. 10. Harpr. ad §. 1. Inst. h. t. 6. 101.

#### I V.

Quod verba ſuā naturā injuriōſa präſumantur animo injuriandi prolata, docet non ſolum ratio, ſed etiam expreſſa lex 5. C. de injur. ubi DD. male per illa verba: fides veri, intelligunt veritatem criminis objeſti. Nam Imp. manifeſte denotant exceptionis veritatem actioni injuriarum oppoſitāe. Quaſi dicāt, injurioum ſua natura, puta homicidium exprobatum, conſilio convitii factum präſumitur, donec tamen contrarium probetur. arg. l. un C. de famos. libell. l. 5. C. ad l. Cornel. & fals. l. 5. de adq. vel amitt. poſſ. l. 4. C. de jur. & fact. ign.

#### V.

At cuius statuendum eſt, ſi quis proferens injuriōſa, protestatus iſt, ſe nequaquam animo infamandi protulifile? Resp. tenetur tamen injuriarum, quia protestatio ipſi actui contraria nihil operatur. Excipe tamen, niſi leviora ebrius vel vix compoſementis dixerit, aut alias protestatio vim penitentias habuerit, ita ut non tam feria, quam lubrica lingua dixisse videatur. arg. l. 7. §. pen. D. ad l. jul. majest. Diff. DD. varijs, ut videre licet apud Geil. 2. obs. 101. Am. Fabr. ad lib. 9. C. b. 1. leſ. 10. & 12. Ioan. à Sandelib. 5. tit. 8. def. 8. Treutl. hic. theſ. 6. lit. b. Wefemb. hic. n. 4.

#### V I.

Licetne ergo verbiſ provocato respondere falſo convitianti tu mentiriſ? Resp. quod liceat, präſertim ſi appareat ſe non tam etuliffe crimen, quam honoris gratia depuliffe. d. §. 1. l. 3. b. 1. l. 25. de procur. l. 14. §. 6. D. de bon. libert. junct. l. 5. de publ. judic. Defenſio ergo permitta eſt, non vero retorſio, quaſi fit cum animo inferendi injuriā. arg. l. 3. de justit. &

jur.

Jur. l. i. §. 11. si quadrup. pauper. fecis. dic. Diff. vide apud  
Fachin. 9. c. 12. Myns. 5. obs. 17. Geil. 2. obs. 100.

### VII.

Juramentum purgationis etiam in actione injuriarum quandoque admittendum esse, ut juret scilicet reus, se non habuisse animum injuriandi, nullus dubito. l. 11. §. 1. in fin. D. b. t.  
¶ arg. l. 6. §. sed & s. 4. D. de his qui not. infam. Diff. Clar.  
in §. injur. n. 12. Sed potestne judex condemnato ex capite  
injuriæ factæ honorem & famam reservare? Quidni? Etenim  
proximum nihil juvat, proximo inuri infamiam, maxime in  
injuriis minoribus, & ubi quis in majorem summam seu poe-  
nam condemnatus est, quam legibus condemnandus erat. l. 13.  
§. 7. de his qui not. infam. l. 10. §. 2. depœn. Adde Wesemb. ad  
b. t. Geil. 1. obs. 65. Diff. Zaf. in l. 45. §. 1. D. de re. jud. n.  
ult. Dowell. 18. comm. 8. Bacchv. ad Treuil. thes. 7. & Aij plur.

### VIII.

An ergo regulariter damnatum sequitur infamia, sive actio-  
ne injuriar. ex l. Cornel. sive actione ad palinodiam actum  
est? Affirmandum existimo. l. infam. 7. D. de public. judic.  
& l. 4. §. ult. D. de his qui not. infam. Diff. Wurmb. d. tit.  
obs. 13. Atqui hinc effici videtur, ut judicium l. Cornel. pu-  
blicum pronunciemus? Minime, quoniam & in privatis de-  
lictis infamia infligitur. dd. II. Quin quod actio injuriar. ex  
l. Cornel. sit privata, expresso textu probatur. l. licet. 42. §. 1.  
D. de procurat. Diff. Cujac. 5. sent. Paul. 4. §. injur. Sed con-  
trovertitur, num dicta actio injur. ex l. Cornel. sit annua, an  
vero perpetua? Nos posterius verisimilius putamus, quod &  
communi DD. opinione confirmatur, teste Soaretz. in thes.  
comm. opin. Ratio est, quod actiones ex lege civili descenden-  
tes sint perpetuae. pr. Inst. de perpet. & temp. act. Hoc autem  
nusquam legitur mutatum, ergo etiamnum stare & valere  
debet. Nec hic presumenda mutatio in casu dubio, quum  
Repub. intersit, ut atrox injuria puniatur. Diff. vide  
apud Fachin. 9. c. 7.

## IX.

Injuria tamen scripto illata usque ad 30. ann. non durat, sed annalis est, ita ut extincta censeatur, si intra annum haud fuerit instituta. Quamquam enim litera scripta maneat, & scriptura (quod ajunt) actum habeat per manentem, tamen libello laesus proprie verberatus aut pulsatus dici nequit. Itaque injuria potius ab animo aestimanda est, quam à scriptura seu libello, atque adeo ad exemplum verbalis injuria intra annum exstinguitur. d.l. 5. C. b. t. junct. arg. l. 19. de liber. & postb. hered. inst. Diff. DD. plerique, teste Wezem. in parat. ad b. t. Vide Facin. 9. c. 9.

## X.

Qualis vero annus, utilis an continuus hic intelligatur, anticipi pugna disquisitur. Nos procliviores sumus in annū continuū, maxime si injuria passus eam non ignoverit, quum odiosa in casu dubio interpretatione non sint adjuvanda. d. arg. l. 19. & d. l. 5. C. b. t. Adde & arg. l. ult. C. de dol. mal. & l. gen. 8. de bis qui not. infam. Myns. & Schneid. ad §. ult. Inst. b. t. Diff. Facin. 9. c. 8. quem sequitur Bacchov. ad Trentil. d. thes. 7. lit. g.

## XI.

Utramque actionem injuriar. & Prætoriam & Civilem sola dissimulatione aboleri, interpretatur Hotomannus de dissimulatione unius anni, sed contra evidentem textum in l. 11. §. 1. & §. ult. Inst. b. t. Sed videturne & ille injuriam de reliquise, qui poculum propinavit adversario, aut alia quædam remissæ injuria signa exercuit? Affirmandum puto, licet & antea injuria ad animum revocata fuerit. d. §. 1. d. l. 12. b. t. Wezem. hic. Diff. vide apud Eund. Idemne pronunciandum, si qui cum adversario cœnam Domini celebraverit, aut debitoribus suis peccata remiserit, aut osculum pacis in Ecclesia dederit? Neg: propter rationes tum in thes. 2. tum à Sande allegatas, lib. 5. tit. 8. def. 12.

## XII. Ei

### XII.

Ei remissam actionem injuriar. esse, cui pater remisit, invito etiam filio, qui injuriam passus est, liquidi iuris videatur ex l. sed unus 17. S. plane 12. D. h. t. Diff. Ar. Pinel. part. 3. 1. C. de bon. matern. n. ult. Treut. d. ib. f. 7. lit. c. Disting. Fachin. 9. c. 42. Annon & eo casu cessat, si ante lit. contest. vel sententiam aestimatio injuriae offeratur, deponatur, configuetur? Cessat quidem actio, quia omnia iudicia sunt absolutoria. §. ult. Inst. de perpet. & temp. act. Sed offerens tamen sit infamis, quia offerendo crimen fatetur. arg. d. l. 4. §. ult. & l. seq. D. de his qui not. infam. Diff. D. D. comm. ut videre est apud Treut. d. thef. 7. lit. d. & ibi Bacchov. Vinn. ad §. 10. Inst. h. t. Geil. d. obs. 102. & seq.

### XIII.

Verum ut revertamur ad actionem, qua hodie ad palinodiam agitur, deque ea praecipuum questionem moveamus, dicendum est, illam actionem esse civilem, nullo modo vero criminalem. Ratio est, quia in ea nec agitur ad poenam corpori infligendam, nec ad poenam fisco applicandam, sed duntaxat ad privatum commodum, hoc est, ad honorem restituendum & sic ad damnum datum reparandum. Mirum tamen est, cur Moribus homo privatus praeter actionem ad palinodiam actionem injuriarum criminalem cumulare queat, quum privatus nec possit, nec debeat uti officio Praetoris, ubi in Repub. publicus Praetor ad delicta accusanda constitutus est. Quare nec in aliis privatus lucrum sentire potest ex delicto alterius. Diff. Marant. part. 4. ord. jud. dist. 1. D. Moller. p. 4. constit. Elect. c. 42. Alique plures,

### XIV.

Excipientem tamen contra testes, praesertim in judicio & cum protestatione, se non animo injuriandi excipere, actionem ad palinodiam non posse conveniri, firmiter persuasum videtur illa-

tur illa generali ratione, quod non habuerit animūm injurian-  
di. d. l. 3. §. 1. h. t. Diff. vide apud Fachim. 9. c. 13. Sed quid  
tenendum de judece, qui injuste aliquem conjectit in carcerem?  
Idem omnino, quum ratio jam allegata omnino in eo militet.  
Diff. vide apud Fachim. 9. c. 57.

XV.

De famoso libello hoc coronidis loco quæritur, an & ille  
teneatur ex l. unic. C. de famos. lib. qui auctorem libelli indica-  
vit? Dixerim, eum nec teneri ut auctorem, nec ut ex proprio  
delicto. l. 5. §. fin. D. h. t. Diff. Salzet. in d. l. un. Schneid. ad §.  
1. Inst. h. t. n. 5.

F I N I S.

